

sum sat declive et angustatum, punctatum, subcolariferum, ante medium leniter constrictum, marginibus lateralibus acutiusculis, vix lenissime angustissimeque bisinuatis, margine postico medio levissime subsinuato. Scutellum distincte punctatum. Hemelytra duriuscula, indistincte ruguloso-punctulata, brevissime puberula. Sternum sat convexum. Pedes dense pubescentes; femoribus posticis fere ubique aequae crassis.

«Generi *Miris* FABR., REUT. sat affinis, capite anterieus multo magis declivi, multo brevior, latitudine ne minime quidem longiore, oculis maximis, inferne quam superne vix magis distantibus, orbita interiore sinuatis, pronoto a basi versus apicem convexo-declivi, postice convexo, mesosterno magis convexo, femoribus posticis usque ad apicem aequae crassis insignis; generi *Leptosterna* FIEB. etiam affinis, sed vertice haud transversim impresso, clypeo basi cum fronte confluyente, pronoto scutelloque distincte punctatis divergens.» (REUTER).

66. **Ophthalmocoris Reuteri** n. sp.

♂ et ♀: Dilute aut sordide lutei, antennis, pronoto ad partem, hemelytrorum disco, margine apicali venisque membranae basin versus, nec non pectore ex parte, abdominis dorso ventreque, hoc praesertim ad latera, fuscescentibus, rubrescentifuscis aut sordide rubris; pedibus viridescenti-testaceis, tibiis apicem versus tarsisque luteis aut infuscatis. — Long. corp. sine hem. 7-7,5, cum hem. 8,5-9; lat. hum. 1,8 mm.

Caput medio flavidum, apice fulvum et ibidem ex parte rubro-nigrum et nitidum; vertice antrorsum biseriatis diagonaliter striolato; collo fulvido; bucculis virescenti-flavidis. Antennae corpore aequae longae, articulo primo parum piloso, intus infraque flavido, supra extusque obscure rubro, sequentibus rubescenti-fuscis, brevissime pube-